



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Praelivm Inter Canem, Leonem & Elephantum. Ex Plinio. Descriptio
LXXXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

CANIS.

Expresus ex sensibus Oppiani de ven.
lib. i. v. 401.

Μηκεδανὸν κρατερόν δέμας.

Descriptio LXXXVI.

Canis si absolutum modo videre desideras, talis est. Corpus illi procerum, & validum, caput amplum, læve, bene oculatum, lumina mihi fulgore carulea in oculis ardescunt: os oblongum, & pulchra dentium pectinatim cocantium serie bene serratum, aures modicae delicatae obducuntur cute, ceruix protensa, robusta pectora, amplius, latiusque armi, obliquae costarum series, craticulaeque distinctae, lumbi modica carne sufferti, nec praepingues sunt, nec macilentus, crurum rectae, & mollibus internodijs prolixae tibiae. Anteriores pedes posticis breviores, cauda gracilis, & promissa ad talos usque desinit.

Item, ex eodem loco.

Ζαργεφές πρῶτος οὐκ ἰσχύει.

Alius procerior in speciem collis assurgit, facie quidem depressa, simis naribus, horribilibus intercilij, quae caesus oculorum fulgor violentus irradiat, tota facies hispida veluti sentietis fruticatur, lati porriguntur humeri, corpus valentissimum ad vim inferendam promptius, quam ad currendum, sunt enim eius vires firmae, acer impetus, terribilis ferocia, atque animus infesta rabie semper armatus.

PRAELIVM INTER CANEM,
Leonem & Elephantum.

Ex Plinio.

Descriptio LXXXVII.

Indiam petenti Alexandro Magno Rex Albaniae alterum mittens canem addidit mandata, ne in parvis experiri vellet, sed in Leone Elephantove: duos sibi fuisse, hoc interempto, praeterea nullum fore. Nec distulit Alexander, leonemque fractum protinus vidit. Postea elephantum iussit induci, haud alio magis spectaculo latatus. Horrentibus quippe per totum corpus villis, ingenti primus latratu intonuit, mox ingruit assultans, contraque bellum exurgens, hinc & illinc artificii dimicatione, qua maxime opus esset infestans atque evitans, donec assidua rotarum vertigine afflixit, ad casum eius tellure concussa.

TAVRVS.

Ex Plinio.

Descriptio LXXXVIII.

Tauris in aspectu generositas, torua fronte, auribus ferosis, cornibus in prociectu dimicationem poscentibus. Sed tota comminatio prioribus impedibus stat, ira gliscite, alternos replicans, spargensque in alium arenam, & solius animalium eo stimulo ardescens. Vidimus de imperio dimicantes, & ideo demonstratos rotari, cornibus cadentes excipiterumque resurgere, modo iacentes ex humo tolli, bigarumque etiam cursu citato velut aurigas insillere.

EQVVS.

Ex Synesio.

Descriptio LXXXIX.

Ἐπεμὰ θεὸν δῶρον ἵππον ἀφροσύνας τοῦ
εἰς ἀπάσαν ἀρετὴν ἵππο προσήκον-

EQuum tibi dono misi ad omnem virtutem, quae quidem in equo cernitur, habili.

Bbb

liff.